Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



radiso sponsi tui mala·
aut rosas· Et dorothea
respondit· Plane quia
ita faciam· Cum ergo ue
nissent in ictu percusso
res· rogauit carnificem·
ut modicum permitte
tur orare· Que cum
complesset orationem·
ecce subito puer ante
eam· apparuit· ferens
in orario tria mala op
tima et tres rosas· Cui
illa ait· Rogo ut feras
eas theophilo scolastico
et dicas ei· Ecce quod me
petisti· ut tibi de sponsi
mei paradyso transmit
terem· Ipsa autem percussa
gladio perexit ad xpm·
cui honor et gloria perma
net in secula seculorum·
Igitur theophilus ad
uocatus presidis promis
sionem sancte dorothee suis
sodalibus referebat dicens·

Hodie dum a persecutore
duceretur dorothea que
se sponsam xpi esse dice
bat· et ad eius paradysum
peruenire memorabat·
ego dixi illi eunti· O tu
sponsa xpi· dum peueris
ad paradisum sponsi tui·
mitte michi inde rosas
et mala· Et illa ait· Pla
ne· quia ita faciam· Cum
autem hec narraret· et irri
deret promissionem· ecce pu
er ante eum cum orario in
quo ferens tria mala
mirifica· et tres rosas
floridissimas dixit ei·
Ecce sicut petenti promi
sit uirgo sacratissima
dorothea· transmisit tibi
de paradiso sponsi sui·
Tunc theophilus accipiens excla
mans uoce magna dixit·
Verus deus xpc· et non
est ulla simulatio in
eo· Dicunt ei college